

Balthica rurbibus cum perflant æquora raucis,  
Ortaq; gliscit hyems, fretaq; indignantia miscet  
Tum, si qua in medio puppis deprensa profundo  
Optatos nequirit properè contingere portus,  
Illam huc atq; illuc nunc stridens verberat Auster,  
Nunc agitat gelidi rabies Aquilonis, aquosus  
Nunc parte ex aliâ Zephyrus ruit imbribus atris,  
Innumeri assiliunt fluctus, decimæ impetus undæ  
Undiq; circumstat pinū, undiq; vertere pugnat:  
Sic parte ex omni tua mœnia sæpius, omnesq;  
Horrida promeritos cives exempla, LUBECA,  
Infausti casus, rerum discrimina mille,  
Atq; catenatæ vexârunt undiq; clades.

III.  
Commemo-  
rantur cau-  
sa istorum  
malorum  
vix appa-  
rentes seu  
falsa

Quod si fortè sedet causas exquirere rerum,  
Fatalisq; adeò prima incunabula belli  
Discutere, Europam quod se diffudit in omnem,  
Quidve dolens superûm Reçtor tot volvere casus  
Teutonium impulerit miseram, tot adire labores,  
Rem paucis omnē (nec enim rationis oportet est,  
Vos modò, quælo, animos auresq; adhibete) do-  
cebo.

Haud equidem ille micans horrendò crine Co-  
metes,  
Pestiferi fuerit quamvis anteambulo Martis,

Ac